tò quàm speraveram, longius descriptio ejq commentationis
de à summis potestatibq imperâvm, quod ex sacrarum literarũ
authoritate et usu veteris Ecclesiæ ipsis debetur circa sa-
cra, ascripseram, et quam uno in loco tradidit D. Pareus, mul-
tiq praeterea tum Germani, tum Angli. Rogo videas, et
siquid mutandum censueris tu, aut ii, quorum consilium
tibi expetendum videbitur, moneas me eâ libertate quàm
ab amicitia tua exspecto. Controversiæ vestræ Theologi-
cæ recalescunt nimiâ scindenti libidine, spero tamen in-
dustrioram interventu paterè ad pacem reditum, sinen-
do facto necessariorum et indisputabilium dogmatum discri-
mine in illis statuatur plena consensio. De his disqui-
sitio permittatur non plebi, sed eruditis. Mitto tibi,
vir clarissime, libellum, in quo diversa sentientium scriptis
controversiarum status explicatur, ut facilius videre
exteri, quos consulendos arbitror, utrumque quoq scripsi
an expedisset ista, propter quæ rumpi debeat unitas Ec-
clesiæ. Mihi ita videtur, qui in his dissidentes ferre fra-
terne non possunt, eos multò minùs posse Lutheranis
offerre jus communionis: quod tamen pie sanctéq à
vestris Theologis fieri video. Et sane in omni antiquita-
te non est duos reperire, qui non in aliquibq quæstioni-
bus interse dissenserint, neq tamen propterea unitas
abrupta est. Idem audisse clarissimis Ecclesiæ vestræ
rectoribq perquàm manifestum est. Deum igitur ora-
bo, ut et vestratium et nostratium animos ad man-
suetudinem paciśq studia inclinet. Idem te, vir amplis-
sime, diu servet incolumem. Thuani obitum, quàm graviter
feras, cum bonis omnibq, non dubito. Ita merebatur seculũ
ornari virtutibq, quas non agnoscit. Hagæ 17. Junii 1617.

David Pareus

200.

D. Georgio Michaëli Lingelshemio

Salutem!

Gratias tibi ago, vir amplissime, fautor honorande,
pro communicatis scriptis belgicis, quæ tibi, ut accepi,
reddo. Thema libri, de imperio summarum potestatum cir-
ca sacra, idem esse agnosco cum meo, de jure Principis circa
Ecclesiastica, quod adversus Stapletonum Comment. ad Rom.

pertractari, ſed ſtilo ſcholaſtico, et generatim quate-
nus ſeſe ad doctrinã vitamq; miniſtrorum et oeco-
nomiæ Eccleſiaſticæ curam extendat. Hic verò author,
quantum ex ſummariis capitulorum liquet, minutius ac
diffuſius univerſam Eccleſiæ Politiam præſcribit: quæ
ſingula tamen perlegere, viſûs imbecillitas me non
ſivit. Ita autem ſentio, aliam eſſe quæſtionem de jure
Principis, aliam de juris uſurpatione. Prior eſt no-
biscum Papiſtis, poſterior nobis invicem, num con-
veniat Principi, quovis caſu jus ſuum rigidè urgere.
Mihi non videtur, ſed eo ſolum caſu, et Chriſtiani Prin-
cipis authoritate primitus inſtituta fuerit Eccleſiæ
reformatio ac diſpoſitio: ſicut in Germania factum me
conſtat. Tunc enim citra ſcandalum, utriusq; ordinis Ec-
cleſiaſtici perturbationem Princeps jure ſuo utitur,
quod faciunt Evangelici Germaniæ Principes. Si ve-
rò Principe deficiente, vel ceſſante, vel repugnante,
Eccleſia ipſa ſibi ordinem ædificationi ſuæ commo-
dum, vel neceſſarium inſtituerit: quomodo Apoſtoli-
ca Eccleſia ab deinceps trecentis annis fecit: et ſuperi-
ore noſtro ſeculo Eccleſias Bohemicas, Gallicas ortho-
doxæ religioni contingat accedere, eum arbitror minus
prudenter facturum, ſi cum everſione ordinis rectè con-
ſtituti jus ſuum rigidius per omnia urgere velit. Con-
ſtantinus igitur ad fidem converſus, cæteriq; imperato-
res, licet præcipua quædam jura circa Synodos, inveſti-
turas et cenſuras Epiſcoporum rectè ſibi vindicarint:
ipſum tamen ordinem, canones et diſciplinam re-
ctè conſtitutam minimè convulſerunt. Idem facit
Rex M. Britanniæ, ſalvo ordine Eccleſiaſtico, jus ſuum
exercens. Idem factum à proximis quatuor Tran-
ſylvaniæ Principibus, Boskai, Rakozi, Bathori, Be-
thlenio, qui quia Eccleſias regni ſui non ipſi refor-
marunt, ſed reformatas invenerunt, jure ſuo cum per-
turbatione ordinis rectè conſtituti minimè
abuti voluerunt.

tare exercere, si author libri consideravit, materiē
variorum scandalorum haud dubiē praecidit. Si imperiū
summarum potestatum absolutē et cum rigore sic asseruit,
ut cum ordinis Ecclesiastici benē constituti eversione
tota religio illarum potestati absolvatur; vereor ne sca,
dalum.

Controversias Theologicas recalescere doleo; utinam in
tantum incendium jam non exarserint, quo Belgium tre,
vi conflagret! Consilium de discernendis dogmatibus
necessariis a non necessariis etiam premitto meo proba,
vi; illa autem vero, quae ad fidem salvificam, ista quae ad
scientiam Theologicam tantum pertinent; cujusmodi
quaedam ex illis, de quibus litigatur, esse non dubito.
Sed pars Arminii vix huc descendet. Si enim sua nonne,
cessaria fateretur, quid de non necessariis hactenus pa,
cem turbasset. Necessaria igitur sua esse dicet, sic
paci parum concedet. Libellus Walachianae epistolae
oppositus, parum quoque ad pacem facere videtur. Multa
enim, quantum observare licuit, praeter bonam fidem
facit. Pro epistola ab libro, et quidem publicatam
pro privata: epistolam sub calcem demum ... scriptam
signato subjicit: status controversiarum recte positos
passim non agnoscit, sed argutiis involvit. Cum vero in qua,
vis disputatione statum causae fixum esse oporteat:
ubi Walachiani recte statuerunt, rotunde illa subscri,
bere; sicubi aberrarunt, ingenue corrigere debuit.
Walachianis igitur status suos, et sententias suas tu,
endi vel vindicandi imposita videtur necessitas,
quae pacem non promovebit, sed litem cumulabit.

Modus quoque consulendi exteros conciliandae paci parū
videtur, quod privatorum judicia utrinque seorsum
expiscantur, neque dum de statu convenerunt. Nisi
enim consentientes quaestiones utrinque formentur,
postea sententiae dividantur, deluduntur lectores,
fit ambiguitatum pugna. Potius de statibus contro,
versiarum utrique invicem primum omnium transi,
gerent: tum sententias suas, praecipuaque momenta
brevi scripto subjicerent: deinde de hoc ex consensu

judicia externarum Academiarum et Ecclesiarum Orthodoxarum præcipuarum exquirerent, quibus si se absolute submittere grave videretur, saltem (cum orthodoxi haberi utrique velint) se, quantum ejus fieri posset, conformare studerent, ut Orthodoxorum retineretur consensus, et contentionum tollerentur scandala.

Lutheranis committere consultum non videtur: tum quia eos à doctrina Lutheri de Prædestinatione et libero arbitrio (unde alia dependent) degenerasse atque alienos esse constat: tum quia nihil minus quam consensum Orthodoxorum juvare velent, sed ignem potius, quod dicitur, gladio foderent.

Lutheranis à nostris jus communionis hoc tempore, quo in deterius indies illi abeunt, absolutè oblatum esse non arbitror. Irenico quidem suadetur adversus Papistas Syncretismus, coitio, unio, tolerantia fraterna: sed usque ad Synodum, qua controversiis legitimè cognitis atque definitis jus communionis partibus dissidentibus restituatur. Quæ sententia si placebit Belgis, ad pacem fortè non erit inutilis. Quanquam et hoc considerari velim, schisma inveteratum, quale est Lutheranum, remedium aliquanto laxioribus, quàm Belgium recens, curandum videri. Dissensiones aliquæ semper fuerunt, et erunt: quia in clarissimis Ecclesiæ instauratoribus semper manent aliquæ ignorantiæ: verùm hinc non stabilitur dogmatum graviorum indifferentia.

Fatendum est quoque plerosque veterum Græcos et Latinos de prædestinatione, gratia, libero arbitrio et libertate esse ad populum philosophatos citra notam hæreseos: quia plerique è scholis Philosophorum prodierant, adversus veri capitaliores hostes fidem Christianam defendebant, neque dogmata ea unquam in quæstionem venerant. Postquam verò Pelagius et Julianus ex scriptis eorundem Patrum hæreses suas de prædestinatione

peccato originis, libero arbitrio, defendere coepe-
runt; Augustinus praecipue, ad quem, quasi ad acura-
tissimum causae hujus cognitorem, Apologiam Pelagii
censendam Innocentius Papa Rom. transmiserat; cau-
sis debite loquendum esse vidit. itaque, partim quidem
locutiones liberiores, et suas quoque, quibus ex libris ejus
de libero arbitrio contra Manich. abutebatur Pe-
lagius, ubi potuit, vindicavit: Pelagianos errores vero
tres potissimum, de praedestinatione et gratia: de pec-
cato originis et de perfectione justitiae, perniciosos
atque damnabiles esse variis opusculis demonstravit.
Post damnatam porro Pelagii haeresin, cum Galli quidam
Episcopi praesertim Massilienses, non quidem duos poste-
riores Pelagii errores, sed solum primum de praede-
stinatione, gratia, libero arbitrio et perseveran-
tia, (haec enim cohaerebant, unde Semipelagiani et
reliquiae Pelagii vocabantur) eum plane in modum,
quo nunc a parte Arminii disputatur, defendere
coepissent; Augustinus, rogatu Prosperi Aquitani,
et Hilarii Pictaviensis, tribus doctissimis tractatibus
de Praedestinatione Sanctorum, de bono perseveran-
tiae, de correptione et gratia, solidissime causam hanc
totam disceptavit, quibus si pars Arminii ingenue
subscriberet, hodie [illegible]. Vale, mi
vir amplissime, et in bonam partem haec accipe.
Ex Musaeo meo 6. Augusti 1617.

Reverendissimo in Christo Patri
D. Arthuro Lake, Episcopo Bathoniensi
et Wellensi et isto tempore Aca-
demiae Oxoniensis Vice-Cancellario. 211.

Etsi Reverendissime in Christo Pater, aliquam culpae
partem in silentio meo agnosco, dubito tamen, quae
tua est aequanimitas, veniam defecto. Absit, ut memoria
proiicere, vel oblivione delere voluerim singularem tuam
in me benevolentiam. Fatum et Theologicae Scholae
nostrae, et mihi, aestate hac parum fuit propitium. Col-
legam nostrum D. Copponium eodem, quo publice docu-
erat, die vivum, sanum, aegrum, mortuum intra tri-